

*From the 1961 "Fulton J. Sheen Missal" by Fr. Philip Caraman :*

**7. Pro Unitate Ecclesiae**

**O**remus et pro haeticis et schismaticis: ut Deus et Dominus noster eruat eos ab erroribus universis et ad sanctam matrem Ecclesiam Catholicam atque Apostolicam revocare dignetur.

Oremus. *Ps.* Flectamus genua. *R.* Levate.

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui salvas omnes, et neminem vis perire: respice ad animas diabolica fraude deceptas, ut omni haeretica pravitate deposita, errantium corda resipiscant: et ad veritatis tuae redeant unitatem. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: per omnia saecula saeculorum.

*Omnes respondent:* Amen.

**8. Pro Conversione Judaeorum**

**O**remus et pro Judaeis: ut Deus et Dominus noster auferat velamen de cordibus eorum; ut et ipsi agnoscant Jesum Christum, Dominum nostrum.

Oremus. *Ps.* Flectamus genua. *R.* Levate.

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui Judaeos etiam a tua misericordia non repellis: exaudi preces nostras, quas pro illius populi obcaecatione deferimus; ut, agnita veritatis tuae luce, quae Christus est, a suis tenebris eruantur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: per omnia saecula saeculorum.

*Omnes respondent:* Amen.

**9. Pro Conversione Infidelium**

**O**remus et pro paganis: ut Deus omnipotens auferat iniquitatem a cordibus eorum; ut, relictis idolis suis convertantur ad Deum vivum et verum, et unicum Filium ejus Jesum Christum, Deum et Dominum nostrum.

Oremus. *Ps.* Flectamus genua. *R.* Levate.

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui non mortem peccatorum, sed vitam semper inquiris: suscipe propitius orationem nostram, et libera eos ab idolorum cultura; et aggrega Ecclesiae tuae sanctae, ad laudem et gloriam nominis tui. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: per omnia saecula saeculorum.

*Omnes respondent:* Amen.

**7. For Church Unity**

**L**et us pray also for heretics and schismatics, that our God and Lord may rescue them from all their errors and be pleased to call them back to their holy mother, the Catholic and Apostolic Church.

Let us pray. *Ps.* Let us kneel. *R.* Rise.

**A**lmighty eternal God, who savest all men and wouldst have none perish, look on the souls that are deceived by the deceits of the devil, so that the hearts that have gone astray, abandoning every evil of heresy, may repent and return to the unity of thy truth: through our Lord Jesus Christ thy Son, who is God, living and reigning with thee in the unity of the Holy Spirit, for ever and ever.

*All answer:* Amen.

**8. For the Jews**

**L**et us pray also for the Jews, that our God and Lord may remove the veil from their hearts so that they too may acknowledge Jesus Christ our Lord.

Let us pray. *Ps.* Let us kneel. *R.* Rise.

**A**lmighty eternal God, who dost not withhold thy mercy even from the Jews, hear the prayers we offer for that blind people, that they may acknowledge the light of thy truth, which is Christ, and be snatched from their darkness: through the same Jesus Christ thy Son, our Lord, who is God, living and reigning with thee in the unity of the Holy Spirit, for ever and ever.

*All answer:* Amen.

**9. For Pagans**

**L**et us pray for the pagans, that almighty God may take away wickedness from their hearts, so that they may forsake their idols and turn to the living and true God and his only Son, Jesus Christ, our God and Lord.

Let us pray. *Ps.* Let us kneel. *R.* Rise.

**A**lmighty eternal God, who ever seekest the life of sinners, not their death, mercifully receive our prayer and deliver them from the worship of idols and unite them to thy Holy Church, for the praise and glory of thy name: through our Lord Jesus Christ thy Son, who is God, living and reigning with thee in the unity of the Holy Spirit, for ever and ever.

*All answer:* Amen.